



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani Vvittenbergensis

Luther, Martin

Vvittenberg[a]e, 1520

VD16 L 4238

Oratio Manasse Regis Ivda apud Babylonem capti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33377**

nem) iniungere, Quare nec audiendi sunt vlllo mō, qui talia fieri volunt, & cōfitens ab hoc scrupulo & periculo cū fiducia liberandus, Sed quis omēs tyrannides recenseat, quibus confitentū & poenitentū miserę conscientię Christianorū, mortiferis constitutionibus & moribus quotidie exagitantur per ineptos homūculos, qui alligarentantū nouerunt onera graua & importabilia & imponere humeris hoīm, quæ ipsi nec digito volūt mouere: Et factū est hoc saluberrimū pñę sacramentū, aliud nihil q̄ mera tyrannis magnatū, Deinde morbus & augmentū peccatorū, vt alia significet, & alia operetur miseris peccatoribus, sic ministrantibus impijs & indoctis in lege domini sacrificialis Ecclesiam dei, quam suis legibus & somnijs repleuerunt.

**ORATIO MANASSE REGIS IYDA**  
apud Babylonem capti.

Dñe deus om̄ipotēs patrū nr̄orū, Abrahā, Isaac & Iacob, & semini eorū iusto, q̄ fecisti celū & terrā cū omī ornatu eorū, qui signasti mare verbo p̄cepti tui, qui conclusisti abyssum & signasti terribili ac laudabili nomīni tuo, qđ oēs pauent & tremūt a vultu virtutis tuę, & insustentabilis ira super p̄ctōres cōminatiōis tuę, imensa vero & inuestigabilis misericordia p̄missionis tuę, qm̄ tu es dñs altissimus super omnē terrā longanimis & multū misericors, & poenitens super malitiā hoīm. Tu autē dñe secundū bonitatē tuā promissisti p̄niam remissionis peccatorū, Et tu deus iustorum non posuisti p̄niam iustis, Abraham, Isaac & Iacob, his qui tibi non peccauerūt, qm̄ peccauī super numerū arenę maris, multiplicatę sunt iniquitates meę, Incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia exercitauī iracundiā tuam, & malū coram te feci, statuens abominationes & multiplicans offensiones, Et nunc flecto genua cordis mei, p̄cans ad te bonitatē dñe, peccauī dñe peccauī, & iniquitatē meā agnosco, peto rogans te dñe, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me cū iniquitatibus meis, neq; in eternū referes mala mihi, quia indignum saluabis me scđm magnā misericordiā tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitę meę, qm̄ te laudat omnis virtus celorum, & tibi est gloria in secula seculorū, AMEN.

Vuittenbergē in edib. Ioan: Grunenbergi,  
Anno, M, D, XX.